



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Historia Pvrificationis Mariæ Virg.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

HISTORIA PURIFICATIO-
nis Mariae Virg.

a S. Luc. c. 1. *a* **E**xactis quadraginta purificationis diebus post partum, Maria profecta est Hierosolymam, ut in templo filium suum offerret, & secundum legem, duos etiam pullos columbarum. Quamvis, ut aiunt Patres *b* Maria, nec legi erat astricta, nec purificatione egebat: siquidem non conceperat ex semine humano, cuius lex expressè meminit *c*. Eadem hora in templum venit Simeon, cumque Mariam inter omnes mulieres quæ purificationis causa confluerant, videret ingenti divi- noque splendore circumfusam, & reli- quis posteriorem, teste Timotheo pres- bytero Hierosolymitano *d* dixit ad illas. O ancillæ, vultisne præuenire Dominam omnium & patronam? Simeon, inquit, S. Lucas, *e* fuit homo iustus & timoratus qui promissionem habebat à Spiritu sa- cro se, antequam moreretur, conspectu- rum Messiam: Conspexit, & in vlnas suas recepit, toto corde Deum laudans & be- nedicens. Deinde conuersus ad Mariam, dixit, IESVM ponendum in signum cui contradicetur; ipsiusque animam gladium pertransiturum,

P. V. N.

b Beda in
Luc. c. 2.
Guaricus
serm. 1 de
purific.

c Gen. c. 12.

d In ora. de
prof Sim.

e c. 2. Can.
de B. Mar.
l. 4. c. 9.

MEDITATIONES. 247

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONSIDERA, quomodo Maria, licet purificatione opus non habuerit, tamen exemplo filij sui, qui circumcidi voluit, cum non opus haberet, voluit secundum legē purificari, nobis relinquēs obedientiæ, humilitatis & mortificationis exemplum.

2. Contemplare, quanta modestia, & deuotione MARIA sit templum ingressa, quantoque zelo, & spiritali sensu, se suumque filium Patri cœlesti obtulerit.

3. CONSIDERA, quomodo Maria audias lamentabilem prophetiam Simeonis, ne minimum quidem turbata fuerit, eo quod se totam diuinæ voluntati dedidisset.

DOCUMENTA.

1. *Va illi, qui est, sed videri non vult peccator. Christus enim, eiusque mater, cum non essent, voluerunt videri peccatores, ut Dei legem obseruarent.*

2. *Fili, à Maria discè, qua religione adire templum. Et in eo versari debeat, ut a sanctum sit non ad fabulas, aut negotiationes mundanas tractandas, sed ad colendum Deum.*

3. *Fili, omnem fiduciã meam colloca in Deo. Et non esseris nimium ex prosperitate, nec turbaberis ex aduersitate.*